

rabas obseruat, quem Plinius calicem *Vergilij*.  
 nominat, Alébicum dixisse. Vt ita quæ-  
 uis in genere fuligo sublimatione para-  
 ri debeat: quod Galenus innuisse vide- *7. simpl.*  
 tur, quando eam terrestris essentiæ sta-  
 tuit, quæ ignis, materiam comburentis  
 reliquijs, quantumuis exiguis sit instru-  
 cta. Alibi quoque confirmat, fumum ex *s. meth. 6.*  
 femiustis, fuliginem eximmodicè assis  
 vstisq; tolli: cùm fuligo sit vapor terre-  
 stris, fumus autem ex terrestri & aquea  
 substantia mixtus. Auicenna sublimati *Lib. 4. Fen.*  
 Arsenici meminit: & quo pacto argen- *6. tr. 1. c. 9.*  
 tum viuū sublimatione proueniat, de- *lib. 2. tr.*  
 scribit. Rasis item & Auenzoar. Ex sul- *2. c. 47.*  
 phure, Cæsalpinus ait, Philosophus & *7. ad Als*  
 Medicus pereruditus, si lucernis com- *mans.*  
 buratur, adhæret operculo, de super ap- *2. de fas*  
 plicato, ascendēs fuligo, & in puluerem *cult. medic.*  
 candidum abscedit, qui frigore solu- *20.*  
 tus, liquorem profert acerrimum, sul-  
 phuris oleum, facultatibus calcanthi  
 non absimile.

**DISTILLANT.** Distillatio, teste Gebe- *4. summe*  
 ro, est vaporum aqueorum in suo vase *cap. 50.*  
 eleuatio. Sic quoq; Syluius definit, hu- *Lib. 3. de*  
 moris alicuius à planta, animali, terreo, *Comp. me-*  
*dic.*

F 5

vi ca-